manibus ac gladiis rem agerent, multasque cædes Baani-
tarum fecit. Superabat enim Sergii collusio alteras
multitudine, et quia ille qui armata manu plurimus poterat,
ad sententiam Sergii accesserat. Et sane pariter Baanitæ
iti dignus erat, a suis in hæresi sociis et contribulibus excisi
fuissent, nisi Theodotus quidam, impiæ sectæ, si quis ullus
addictus, Sergii in itinere comes habitus, cædem effusi
grassantem cohibuisset et inhibuisset. Is multis blanditiis adhibitis,
et quæ omnibus conducibilia essent declarans, et proponens, quod
ipse persuadere animo conceperat, multis adstruebat verbis et
factis: utrumque nempe eorum coetus unius seminis esse progeniem,
iisdem moribus simul succrevisse, eadem vitæ ratione uti, et
adhuc concordia nostræ sententiæ quasi muro circumvallari
nisi de iis quæ dubia habebant, in factiones discederent
… ad quæ multo tempore inter ipsos obtinuisse, donec
Sergius Magister corrigeretur. Nec decere
eos qui tot seculis concordi animo et sententia fuerint,
jam in vulnera et cædes solvi; nec eos qui circa illa præcipua
adhuc unum coetum constituant, et eandem mentem gerant, propter
quasdam nuper demum excitatas controversias plane videlicet
a fide alienos, impios et ad crudelem mortis genus inconsulte se
invicem detrudere. His ille sermonibus (quod utinam factum non. Forte
quod plures … abstinuisse … utrinque
cædem inhibuit.   Sedebant eo tempore ad guberna-
cula Imperii Michaël quoque hic solam imperatoriam postea
monachali habitu commutasset et Leo. Hi inquirere
et accurate investigare res hujus sectæ minime negligebant,

Baanitæ cæduntur

Theodotus pacem inter hos conciliat.

Michaël Curopalates et Leo Armenus capitalia supplicia statuunt in Hæreticos